

tione, cujus aeterna pars non ita pridem ferris affulsit. Nec v. Bethleemum  
 cum pastoribus proficiscamur, **IESUXUM** in praesepio Bethleemico reclu-  
 natum spectaturi; sed simplicem potius pietatem eorum, quam itinere  
 suo probarunt, imitemur: ac paucis ejusdem Messiae in hac vi-  
 tales auras Adventum contemplemur. Neminem enim in hac  
 Clarissimorum Virorum coronam affore spero: qui tam effrons  
 plane et excors, immo et in fundamentalibus fidei Articulis adeo  
 sospes sit et peregrinus: ut cum excacata Judaeorum gente, quae  
 Messiam, patibus promissum, anxie adhuc expectat, negitare au-  
 dit, Messiam in mundum venisse. Venit omnino, venit Messias  
 mille abhinc sexcentis septuaginta octo annis felici auspicio in  
 hunc orbem natus ac datus. Quid ergo Messiam longius expectatis,  
 Judaei? Quid eius Adventum diutius speratis? Frytranea haec sper-  
 vestra est. Ne dicam: quod dudum decollavit, et decollatura sit ad fi-  
 nem usque seculi: nisi sperare Adventum Messiae Natalitium desie-  
 ritis, qui jam olim factus, inq. mundum hunc datus. Non equidem in  
 banc sententiam adversus vos, Verpi, disputo, quasi sperem fore:  
 ut, dum vos ignorantia non simplici, sed κατὰ δίαθην labora-  
 tiorum Talmudicorum, falsarumque rationum veneno infecti e-  
 stis, ad fidem veri Messiae nostri convertamini; sed ut normet  
 ipsos in fide confirmemur ac solidemus. Si enim veri Messiae in-  
 carnem Adventus solidis detritur fundamentis; totus nostrus Christi-  
 anismus corruit, nec ullum nobis superesse fundamentum, cui salvifica nostra  
 fides innitatur, et in quo illa subsistat. Si v. immotus stet futuris, et tibi-  
 sine inconcussis invictus peritet, Christianismus quoque inconcussus, salvusque  
 Articulus fidei Aldus subsistit. O si jam mihi, dum ad meum me pensum  
 revoco, et rem ipsam aggredior, Nestorem quoddam, quod poeta sibi o-  
 ptant, aut Ulyssum eloquentia flumen contingeret: ut par rei presen-  
 ti, pro dignitate celebranda, esse possim! Ingenuae enim fateor, quod nun-  
 quam labris meis Sada quidam intederit. Fateor: quod nunquam De-  
 motheno coturno incessem, multo minus Pericleo fulgure co-  
 caverim. Fateor: quod nec Xenophontea suavitas, nec Ciceroniana  
 gravitas, neque lactus Liviana orationis candor linguam meam di-  
 estam unquam reddiderit. Unde et Sictor induitiam ac slevitiam  
 in tanta rerum, ad dicendum esse offerentium, copia imitabor. Quem-  
 admodum enim si, si quando ingenium hominum congerier in exigua qua-  
 dam fabella exprimentanda, ipsi est, nonnullorum duntaxat vultus atq. ora,  
 nonnullorum modo summa capita ostendere, corpora v. abscondere  
 non reverent, ita et Ego non singula, quae possent hic trahi, in  
 proconium hoc Oratorium protraham, quod quidem neque  
 temporis, neque ingenii mei ratio admittit, sed pauca, sed  
 potiora eligam, proque viribus, quod Graecis est κατὰ δύναμιν, adducam.